

EPISTOLA AD ARNULPHUM.

(Bréquigny, Diplom., tom. I.)

Arnulphus, cuius vitam legere est apud Bollandos, die Julii octavo decimo, et de quo consulendus est Mabilionius infra laudatus, intentissime a Chloturio rege flagitabat ut successorem sibi daret, mittensque epistolam per intermissiones, sese indignum episcopali munere asserebat, deprecans ut sui loco pontifex eligeretur qui prædicatio verbum seminaret in populo.

Argumento litterarum cognito, angoribus Chlotarius exagitatus fuit, ab omni se auxilio destitutum asserens si a frequentia palati Arnulphus discederet. Itaque ad eum scripsit epistola' am qua præsulem hortabatur ut officio fungi pergeret. Nec dies, nec annus constant. Mabilionius, ubi infra, annum DCXL indicare videtur, quod epistolam ipse adseratur, quippe ad Chlotarium, directa est, qui vita excessit anno 528; Goldast. ann. DCXV, perperam, Chlotarius enim, cum anno 622 filium suum Dagobertum Austrasie regem instituisset, Arnulfo regnum ad gubernandum Dagobertumque ad erudiendum tradiderat; D. Bouquet, Rerum Gall. et Franc. scriptores, tom. III; pag. 508, annum DCXXV notavit, cuius sententiam secutus sum.

..... Domne et Pater, quæ scr̄p̄tis per vestram epistolam, ut in vestro loco alium deberemus eligere successorem, istud nostra præsumptio facere nulla ratione præsumit. Hinc interim inter reliqua ait: Quantum de devotione vestra, quam ex admonitione divina esse confidimus,

A gavisi sumus, tantum iterum dolentes tractavimus, quod non optavimus de vestro conspectu esse absentes. Imo, Domne et Pater, si qualibet devotione compulsus pro bono operis actu alicubi deliberatis proflicisci, petimus ut nos sine pace vestra vel communione pro amore divino nullatenus relinquatis.

APPENDIX.

(Bréquigny, Diplom., tom. I.)

Charta qua Lonegisilus monasteriolum a se conditum in vico Busiaco ac quidquid acquisit aut acquirere poterit, Hadoindo, Cenomanensi episcopo, et ejus Ecclesiæ, donat^a (Ann. 625).

In nomine Dei et Domini nostri Jesu Christi ac Spiritus sancti. Oportet unicuique homini diem obitum sui bonis operibus præparare, ne eum sine fructu boni operis ultima sua vita dies in paratum reperiatur. Idcirco ego in Dei nomine Lonegisilus, indignum sacerdos, et quamvis non opere, voluntate tamen monachus, pertractans casum fragilitatis humanae, relinquens solum Alamanniae patrem meum, parentesque meos nobiles et divites, qui gentiliter vivere me cogebant, et militia regali me conjungebant, atque in armis exercabant, et a Christi militia me subtrahabant, et diu mortalibus me servire exhortabant; sed, ut credo, inspiratione divina eos respuebam, quis vana inihi videbantur, et omnipotenti Deo me sociare curabam. Cœpi tunc querere Christianos, ut ab eis discerem qualiter agerem, a quibus litteris instructus et baptizatus, Christianus effectus sum. Postea vero cœpi loca sanctorum et monasteria frequentare, et querere loca ubi aliquam cellulam ædificare potuisse. Taliter, Domino ducente, perveni in pago Cenomannico, ubi a domino Hadoindo domino meo amabititer sumi susceptus. Cui voluntatem meani manifestavi, atque qualiter ab infancia mea egeram patescere: a quo et confortatus, cœpi in eodem pago, ejus auxilio et exhortatione, querere ubi aliquam cellulam ad lucrandas animas facere. Quadam autem die perveni ad Busiacum, vicum canonicum, ubi detentus sum a presbyteris et pagensisibus ejusdem loci: quibus cum voluntatem meam patrificerem, cœperunt me exhortare ut in eodem loco cellulam edificarem, quia locus popularis est,

^a Typis mandata a Mabilonio, Analect. pag. 265, inter acta episcoporum Cenomanensium; ab eodem recusa in Annalibus ordinis sancti Benedicti, tom. I, pag. 330. Vn'go habitem pro legitima a Mabilonio, ubi supra, Continio, Annal. t. I, pag. 769, Corvairio et Bondonneto, Vitæ ep. Cenoman., spuriis tam annumerandam censemus. Non leve nebis est

et eleemosyna multa ibidem venit, et populus noster amans Deum, qui sufficienter mihi sacerdent in tantum ut locum ab episcopo impetrare. Qui statim mihi dederunt hæreditates eorum et multas possessiones dederunt. Cum autem haec domino meo Hadoindo renunciarem, egit Deo gratias, et ordinavimus me sacerdotem et memoratum vicum Busiacum mihi dedit una cum reliquis prediis et adjacentiis suis, ea videlicet conditione, ut subjectus essem Cenomannice natri ecclesiæ et quidquid conquirere et attrahere undique poteram sibi tradere, et predictum monasterium cum omnibus ad eum pertinentibus prædictæ ecclesiæ, sicut antea fuerat, cum omnibus que ibi lucrare potueram, futuris esset temporibus. Cujus manibus me libenter traxi, et omnes res quas adquirere potui, seu in futuro adquirere potuisse, per hanc cartam delegavi perpetualiter ad possidendum, vel ejus successoribus, per licentiam et permissum sive concessum domini Clotharii regis, una cum misso suo, nomine Buccellino, comite, legaliter traxi atque confirmavi. Ab ipso eni domino meo Hadoindo episcopo accepi, de rebus sue sedis ecclesiæ sanctæ Mariæ et sanctorum Gervasii et Protasii, aliquam partem de villa Lucduno, una cum præfato vico Burido, seu de aliis rebus quas ei precevi, et ecclesiastica ornamenta multa, unde valde ditatus sum, ad ipsum monasteriolum perficiendum. Cujus adjutorio et operariis vel magistris fulitus, monasterium ibidem ædificare merui. Postea vero ad Clotharium regem accusatus et adductus; sed Dominus, qui semper adjuvat sperantibus in sc. ipse me adjuvavit et convertit ipsam accusationem in honum, et inveni, ejus misericordia, gratiam Clotharii regis, et ab eo multis munieribus ditatus, atque ad predictum monasteriolum censivit annos singulos a gentium solvere, unde illud perficere potuisse;

suspicionis argumentum, quod tota videatur efficta ad exemplum chartæ Carileibi, quam supra edidimus, pag. 98, et quam supposititiam monstravimus; falsum produnt notæ chronologicæ, quas mox expenderimus. {De hoc argumēto fuse disserruit clarus vir, in prolegomenis, quæ ut adeat lectorem rogo.}